



BOLETIN DEL CLERO  
DEL  
**OBISPADO DE LEON.**

OFICIAL.

*El Señor Vicario Capitular ha recibido por conducto de la Nunciatura Apostólica de Madrid la Constitucion que á continuacion va inserta:*

SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS  
ET DOMINI NOSTRI DOMINI

PII

DIVINA PROVIDENTIA

P A P Æ I X.

CONSTITUTIO

SUPER VICARIIS CAPITULARIBUS

NEC NON ELECTIS ET NOMINATIS AD SEDES EPISCOPALES VACANTES.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

**R**OMANUS Pontifex, pro munere sibi divinitus collato regendi ac gubernandi universam Christi Ecclesiam, non solum SS. Canonum observantiam urgere, sed etiam illorum certum et authenticum sensum declarare satagit, si quando quidpiam dubitationis in aliquo occurrat, ne diversis interpretationibus materia præbeatur, atque inde

Ecclesiasticæ disciplinæ unitas rumpatur, cum magno Ecclesiasti-  
ci regiminis detimento.

Sane iuxta antiquam Ecclesiæ disciplinam, Sede Episcopali va-  
cante, Diœcesis administratio ad Capitulum Cathedralis Ecclesiæ  
devolvitur; quod olim per se ipsum Diœcesim, Iolo tempore, quo  
Sedes vacabat, administrare poterat, vel uni, aut pluribus Diœce-  
sim administrandam committere, libera eidem reicta potestate de-  
putatos eligendi, eisque delegatam jurisdictionem, sive quoad usum,  
sive quoad tempus arclandi, et constringendi.

At vero Concilii Tridentini Patres animadverentes gravissima,  
quæ passim oriebantur incommoda ex administratione viduatae Ec-  
clesiæ cœlui personarum diversi sere ingenii concredita, ad ea vi-  
tanda sapienter decreverunt: ut *Capitulum, sede vacante, Officia-  
lem seu Vicarium, infra octo dies post mortem Episcopi, consti-  
tuere, vel existentem confirmare omnino teneatur, qui saltem in  
jure canonico sit Doctor, vel Licentiatus, vel alias quantum fieri  
poterit idoneus.* Si secus factum fuerit ad Metropolitanum depula-  
tio hujusmodi devolvatur, et si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit.  
aut exempta, Capitulumque, ut præsertur, negligens fuerit, tunc  
antiquior Episcopus ex suffraganeis in Metropolitana, et propin-  
quier Episcopus in exempta, Vicarium possit constituere. (1)

Hujusmodi vero decretum varie interpretati sunt privati canoni-  
carum rerum scriptores. Quidam enim censuerunt posse Capitulum  
in constituendo Vicario aliquam jurisdictionis partem sibi reservare;  
alii putaverunt fas esse Capitulo ad certum tempus Vicarium depu-  
tare; nec defuerunt qui arbitrati sunt, licere Capitulo Vicarium pro-  
arbitrio removere, et alium substituere.

Recensitæ Scriptorum sententiae à nonnullis Capitulis libenter ex-  
ceptæ sunt: quo factum est, ut in hac re tam magni momenti dis-  
ciplinæ uniformitas desiceret, et Tridentinum decretum optatum fi-  
nem plene non attingeret. Quamvis autem SS. Urbis Congregatio-  
nes has sententias, suis responsis in casib[us] ocurrentibus, plures  
reprobaverint, ita ut ex earum responsis manifeste appareat, quæ  
fuerit mens Patrum Tridentinorum in edendo decreto superius rela-  
to, attamen cum nondum omnia ubique ad eam mentem exigi videa-  
mus, ad submovendam prorsus quamlibet dubitationis causam vel  
obligentum, iisdem responsis et declarationibus Apostolicæ auclori-  
tatis robur adjiciendum censemus. Quocirca Motu proprio, ac cerla  
scientia, et matura deliberatione Nostris deque Apostolicæ Potestatis

(1) Sess. 24 Cap. 16 de Reform.

plenitudine declaramus et decernimus: totam ordinariam Episcopi jurisdictionem, quae vacua Sede Episcopali ad Capitulum venerat, ad Vicarium ab ipso rite constitutum omnino transire; nec ullam hujus jurisdictionis partem posse Capitulum sibi reservare, neque posse ad certum et definitum tempus Vicarium constituere multoque minus removere, sed eum in officio permanere quo usque novus Episcopus Litteras Apostolicas de collato sibi Episcopatu Capitulo, juxta Bonifacii VIII Prædecessoris Nostri Constitutionem, (1) vel Capitulo deficiente, ei exhibuerit, qui, ad normam SS. Canorum, vel ex speciali S. Sedis dispositione, vacantem Diœcesim administrat, vel eiusdem Administratorem, seu Vicarium deputat.

Quamobrem pro nullis habendæ sunt limitationes, seu quoad jurisdictionem, seu quoad tempus adjectæ à Capitulo electioni Vicarii Capitularis, qui idcirco, iis non obstantibus, officium semel sibi rite collatum, toto tempore, quo Sedes Episcopalis vacua fuerit, totamque ordinariam jurisdictionem Episcopalem libere et valide exercere perget, donec novus Episcopus Apostolicas canonicae suæ institutionis Litteras, ut diximus, exhibeat.

Hac autem occasione declaramus etiam, et decernimus ea, quae à Gregorio X Decessore Nostro in Concilio Lugdunensi 2.<sup>o</sup> de electis à Capitulis, constituta sunt (2) comprehendere etiam nominatos, et præsentatos à Supremis publicarum rerum Moderatoribus, sive Imperatores sint, sive Reges, sive Duces, vel Præsides, et quomodo documque nuncupantur, qui ex S. Sedis concessione, seu privilegio jure gaudent nominandi, et præsentandi ad Sedes Episcopales in suis respectivis ditionibus vacantes, abolentes idcirco, cassantes, et penitus annullantes usum, seu potius abusum sub quovis titulo, vel prætenso et asserto privilegio, quæsito colore, et quacumque causa, licet speciali et expressa mentione digna, in quibusdam Regionis seu regionibus præsertim longinquis invectum, quo Capitulum Ecclesiæ Cathedralis vacantis obsequens invitationi seu mandato, licet verbis deprecatoriis concepto, supremæ civilis potestatis concedere, et transferre præsumit, ac de facto concedit et transfert in nominatum et præsentatum ad eamdem Ecclesiam illius curam regimen et administrationem, eamque nominatus et præsentatus sub nomine Provisoris, Vicarii Generalis, aliove nomine gerendam suscipit ante exhibitionem Litterarum Apostolicarum, uti superius dictum est, de

(1) Extravag. *Injunctæ de Electione inter comm.*

(2) Cap. *Avaritiæ de Electione in 6.<sup>o</sup>*

more facienda, remoto proinde Vicario Capitulari, qui ex iuris dispositione toto tempore vacationis Ecclesiæ eam administrare, ac regere debet. Confirmantes autem alia etiam Decessorum Nostrorum, et præsertim sa: me: Pii VII Decreta et dispositiones, declaramus et decernimus, ut si interea Vicarius Capitularis decesserit, aut sponte sua muneri renuntiaverit, aut ex alia causa officium ipsum legitime vacaverit, tunc Capitulum, vel Capitulo deficiente, qui potestatem habet deputandi vacantis Ecclesiæ Administratorem, seu Vicarium, novum quidem Vicarium, vel administratorem eligat, nunquam vero electum in Episcopum à Capitulis, aut a laica potestate nominalum seu præsentatum ad dictam Ecclesiam vacantem, cuius electionem ac deputationem, si eam Capitulum, vel alius, ut supra, peragere præsumpsert cassamus, annullamus, et omnino irritam declaramus.

Confidimus autem Dignitates, et Canonicos Cathedralium Ecclesiæ vacantium, ac illos qui, deficientibus Capitulis, Vicarios depulant, aut vacantes Ecclesiæ legitime administrant, plene exequuturos quæ hisce nostris Litteris declarata et decreta sunt; ubi vero, quod Deus avertat, ea exequi detrectaverint, ac concedere et transferre in nominalum et præsentatum ad eamdem Ecclesiam ejus curam, regimen et administrationem sub quovis titulo, nomine, quæsito colore ausi fuerint, præter nullitatem jam decretam prædictæ concessionis et translationis, præfatos Canonicos ac Dignitates excommunicationis majoris, nec non privationis fructuum Ecclesiasticorum beneficiorum quorumcumque, aliorumque reddituum Ecclesiasticorum per eos respective obtentorum, similiter eo ipso incurris pœnis innodamus, et innodatos fore decernimus, et declaramus; ipsarumque pœnarum absolutionem seu relaxationem Nobis et Romano Pontifici pro tempore existenti dumtaxat specialiter reservamus.

In easdem pœnas pariter reservatas ipso facto incurruunt nominali, et præsentati ad vacantes Ecclesiæ, qui earum curam, regimen, et administrationem suscipere audent ex concessione, et translatione à Dignitatibus et Canonicis aliisque, de quibus supra, in eos perfectam, nec non ii, qui in præmissis paruerint, vel auxilium, consilium, aut favorem præstiterint, cujusque status, conditionis, præminentiae, et dignitatis fuerint.

Præterea Nominalos, et præsentatos jure, quod eis per nominalionem et præsentionem forte quæsitus fuerit, decernimus eo ipso privatos.

Si vero aliqui ex prædictis Episcopali charactere sint insigniti in pœnam suspensionis ab exercitio Pontificalium, et interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto, absque ulla declaratione incident, S. Sedi pariter reservatam.

Insuper quæcumque a sic nominatis et præsentatis in administrationem vacantiū ecclesiarum intrusis siant, mandentur, decernantur et ordinentur cum omnibus et singulis inde quovis modo sequutis, et quomodo cumque sequuturis omnino nulla, invalida, inania irrita, et a non habentibus potestatem damnabiliter attentata, et de facto præsumpta, nulliusque valoris, momenti, et efficaciæ esse, et perpetuo fore tenore præsentium declaramus et decernimus, illaque damnamos et reprobamus.

Hæc volumus, statuimus, ac mandamus, decernentes has Nostras Litteras, et omnia in eis contenta nullo unquam tempore à nemine cuiusque conditionis, et dignitatis etiam Imperialis, et Regiæ, sub quovis titulo, quæsito colore, ac prætenso et asserto privilegio, quod si forte sit, cassamus, et annullamus, infringi, impugnari, vel in controversiam revocari posse, sed semper firmas et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus semper sortiri et obtinere debere. Non obstantibus Apostolicis generalibus vel specialibus Constitutionibus et ordinationibus, ac Nostris et Cancellariæ Apostolicæ regulis, præsertim *de jure quæsito non tollendo*, cæterisque etiam speciali mentione dignis contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut facta harum Litterarum publicatione per affixionem transumptorum ad valvas Basilicarum Urbis, omnes ubique Fideles, ad quos spectat, qui quomodocumque noverint eas, prout dictum est, Romæ suis promulgatas, ad earum exequutionem periade obstringantur, ac si personaliter singulis notificatæ fuissent.

Volumus pariter, ut earumdem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu tamen alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulii ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum declarationis, decisionis, annulationis, irritationis, estatuti, præcepti, mandati et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis vero hoc attentare præsumpsert, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Domini.

cæ Millesimo Octingentesimo Septuagesimo tertio, quinto Kalendas Septembbris, Pontificeatus Nostri Anno Vigesimo octavo.

F. CARD. ASQUINIUS

C. GORI SUBDATARIUS

VISA

DE CURIA J. DE AQUILA E VICECOMITIBUS

*Loco  $\ddagger$  Plumbi.*

I. CUGNONIUS

*Reg. in Secretaria Brevium,*

Anno a Nativitate Domini Millesimo Octingentesimo Septuagesimotertio Die vero V. Mensis Octobris Indictione I. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris et D. N. D<sup>r</sup> Pii Divina Providentia Papæ IX Anno XXVIII. supradictæ Litteræ Apostolicæ affixæ et publicatæ fuerunt ad Valvas Basilicarum majorum Urbis per me Vincentium Benaglia Apostolicum Cursorem.

Philippus Ossani Magister Cursorum.

---

## LA LÁMPARA DEL SANTÍSIMO SACRAMENTO

POR MONSEÑOR SEGUR.

(CONCLUSION.)

En efecto, hasta las personas más necesitadas de nuestras provincias más pobres, encuentran medios de procurarse, ya para comer, ya para otros usos, aceites vegetales, verdaderos aceites, ¿cómo el párroco y la fábrica no han de poder procurárselo también?

«Es mucho mas caro que el petróleo», dicen algunos. Mucho más caro, no, algo mas caro, sí; ¿pero acaso nuestro señor Jesucristo y su adorable Sacramento no merecen la pena de hacer en su obsequio algun sacrificio? Este, por otra parte, no es tan grande como algunos se figuran; la economía del empleo del petróleo en vez del aceite apenas llegará á veinte pesetas al año; y qué párroco, qué iglesia no puede proporcionarse en tiempos normales seis reales al mes para alumbrar á Dios? Apelamos en esto á la conciencia de cada uno.

Además, despues de los horrores de la revolucion, el petróleo ha venido á ser una sustancia maldita, sinónima de incendios, de exterminio social, de sacrilegio y destrucción. Cuando en 1864 se llevó la cuestión á Roma, los incendios de la Commune y de la International no habían estigmatizado el petróleo, dándole un carácter

casi salánico; la demagogia no gritaba todavía hasta bajo las ventanas de Pio IX prisionero: ¡Viva el petróleo! ¡Muera el Papa!» ¿No es esto bastante para escluir á todo trance el petróleo de nuestros santuarios?

Un piadoso peregrino tuvo el honor de conversar con el soberano Pontífice acerca de esta cuestión en Diciembre de 1871. El Papa se levantó y con indignado acento dijo: «Si, esta sustancia debe ser anatematizada, yo nunca la he permitido, y no la permitiré jamás.» Sé estas palabras por la misma persona á quien fueron dichas: En vista de ellas ¿qué sacerdote se atreverá todavía á servirse del petróleo?

En cuanto al espíritu del petróleo, que ni aun tiene las apariencias de aceite, y cuyas explosiones son todavía más fáciles y más terribles, la cosa no puede ofrecer la menor duda: está prohibido, absolutamente prohibido, servirse de él para la lámpara del Santísimo Sacramento.

#### IV.

#### Símbolos de la luz eucarística:

1.º La luz es el mas maravilloso, el mas misterioso de los elementos: simboliza á Jesucristo, verdadero Dios vivo y eterno, que ha dicho de sí mismo: *Ego sum lux mundi*: yo soy la luz del mundo: y además: *Ego lux in mundum veni*: yo la luz he venido á este mundo. La lámpara que arde ante Jesús en la Eucaristía, es un símbolo y como una predicación muda de la divinidad de Aquel que, por nuestro amor, permanece en las sombras del tabernáculo.

2.º La luz de la lámpara, alimentada por el aceite que atrae y transforma la mecha encendida, representa admirablemente el misterio de la gracia; en el cual Jesucristo atrae á sí las almas, las une consigo, se las incorpora por la Comunión, para transformarlas y divinizarlas. *Vos estis lux in domino*; vosotros sois luz en el Señor, escribia S. Pablo á los primeros cristianos.

3.º La luz simboliza la fe en Jesucristo, la cual saca al mundo de sus tinieblas, alumbrando nuestros pasos en el camino de la vida, y nos da «los ojos iluminados del corazón» para que podamos comprender las cosas de Dios y de la salvación. «Qui credit in me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ;» el que cree en mí no camina en tinieblas, sino que tendrá luz de vida.» La lámpara del altar nos predica continuamente la fe, la fe en Jesucristo, la fe en Jesús presente por nosotros en la Eucaristía, permaneciendo noche y dia entre nosotros, como un padre en medio de sus hijos, como

un rey en medio de sus súbditos, como un jefe en medio de sus soldados.

4.º La luz de la lámpara es tambien el símbolo del sacerdote y del pueblo fiel; del párroco y de la parroquia; los cuales como esta luz, deben resplandecer en pureza, en fé viva, en santidad, y estar abrasados de caridad y de fervor. No pudiendo permanecer noche y dia en adoracion ante el Señor, encomiendan á la lámpara litúrgica, que les reemplace. ¡Que santa es la mision de esta lámpara! ¡Qué cura, qué parroquia no la tendrá devoción!

5.º La luz que brilla y arde ante el Tabernáculo simboliza los ángeles, y principalmente los Ángeles de la Guarda de la parroquia ó comunidad. La luz y el fuego son el símbolo de los ángeles en el mundo material; como la lámpara que arde perpetuamente ante Jesús, así resplandecen ellos y se abrasan de un amor eterno ante El, por El y en El, porque El es su Dios como es el nuestro, y en la Eucaristía se encuentran los ángeles y los fieles, la Iglesia del cielo y la Iglesia de la tierra. La lámpara misteriosa nos recuerda á todos sacerdotes y fieles, que somos ángeles de la tierra y que como nuestros hermanos del cielo, debemos adorar á Jesús, amar y servir á Jesús. En las catedrales, donde deben arder siete lámparas ante el divino Sacramento, este simbolismo angélico es todavía mas claro; estas siete luces recuerdan los siete *spiritus*, *septem spiritus*, que, segun los oráculos de los Profetas y del Apocalipsis, están perpetuamente ante el trono de Dios, á la cabeza de todo el mundo angélico. «Yo soy, decia uno de ellos, el ángel Rafael, uno de los siete que están delante del Señor, *Unus ex septem qui adstant coram Domino.*»

El petróleo, sustancia sulfurosa, bituminosa y nauseabunda, cuya apesadilla llama representa el fuego del infierno, y cuyo nombre solo ha llegado á producir espanto, el petróleo, decimos, no podria realizar en manera alguna el precioso y celestial simbolismo de la luz eucarística. La llama petrolera tiene algo de siniestro, y al verla se pensará naturalmente no en el cielo, sino en el infierno; no en el amor de Jesucristo, sino en el odio salvaje de la incendiaria Internacional.

Fuera, pues, el petróleo de nuestras iglesias.

Muchas otras cosas podrían decirse de la lámpara litúrgica del Santuario; mas estas pocas palabras bastarán para reanimar el celo y la buena voluntad en el corazon de todos los sacerdotes y fieles que las lean. (*Lámpara del Santuario.*)